



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 59. Adolphus Nassovius obit. Albertus Romanorum Rex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII. scilicet ad eremum S. Leonardi prope
A.C. 1298. Senas rediit, ubi pauculis cum Fratribus
 soli vacabat Deo. At ejus existimatio
 fecit, ut multi etiam e longinquo ad eum
 venirent petitum documenta & solatia
 in ærumnis suis. Post novem annos
 eodem in secessu vitam sanctam pari
 ne conclusit Pentecostes die altera 19
 Maii an. 1309.

§. LIX.

*Adolphus Nassovius obit. Albertus
 Romanorum Rex.*

In Germania tres Electores Archiepisco-
 pus Moguntinus, Dux Saxonæ, ac
 Marchio Brandenburgius Regem Roma-
 norum Adolphum Nassovium in gerendo
 imperio non sequi consilia sua videntes,
 eum exauthorare, & Albertum Austriae
 Ducem Imperatoris Radolfi filium sibi
 præficere statuerunt. Horum suauo Al-
 bertus Romanum misit, qui orarent, ut Pa-
 pa Adolphum detraheret de fastigio tan-
 quam imparem reglmini. Sed & Adol-
 phus illuc Legatos misit; quibus Papa
 Bonifacius declaravit se Alberto ac Elec-
 toribus minime assensurum. & addidit:
 Rex veniat tantum! & eum inaugura-
 bo in Imperatorem: id ei confidenter
 dicite!

Pridie

*Chron.
 Colm. ap.
 Rayn. n. II.*

Pridie festum S. Joannis vigesimo ter- Sæcul. XIII.
A.C. 1298.
tio Junii an. 1298 illi tres Electores Mo-
guntiæ aderant: & convocato per pul-
sum æris campani populo adibant tem-
plum: ubi convertis ad aram vultibus
cum juramento ajebant: Vacante sex
abhinc annos Imperio ex præscripto le-
gum Romanorum Regem cooptavimus
Adolphum Nassovium, quia dignorem
tum temporis haud noscebamus. Sa-
pienter regnabat initio. Sed paulo post
malis abruptus consiliis, opibus & ami-
cis caruit, ut defectus alios omittamus.
Indicavimus hoc summo Pontifici, alium
in ejus locum substituendi copiam pre-
cantes. Legatos eam nostros impetras-
se audivimus, licet Oratores Adolphi
eam denegatam afferant. Igitur ex da-
ta nobis autoritate Adolphum tanquam
inhabilem movemus gradu; & in Regem
Romanorum eligimus Dominum Alber-
tum Austriæ Ducem. Postea cantatum
est *Te Deum*. Albertus interim, ut a-
gnosceretur, procedebat cum copiis. Ma-
jorem Adolphus exercitum promovebat.
Cum prope Spiram convenissent, com- Annal. Ste-
missio prælio Adolphus cæsus est 2 Julii.
ron. His.
Austr. p. 341.
Tum Albertus Francofurtum se contulit,
ubi Electorum omnium suffragiis Roma-
norum Rex cooptatus pridie festum S.
Laurentii 9 Augusti, & Aquisgrani quam-
primum coronatus fuit.

E e 5 §. LX.